



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 2. An iusserit pœnitentiam agere?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

desertum in sacris fere videretur pro loco inculto, syl-
 us ac vepribus aspero, & feris magis, quam hominib.
 ad habitandum apto, sumitur tamen in presenti pro
 illa parte Iudææ, quæ in montes & pascua excurrens
 exurgebat, non tamen ab ijs vibibus, vicis & sine ha-
 bitatoribus ferarum lusu erat. Ad eundem enim
 modum dicitur & Diva Virgo abiisse in montana Iu-
 dææ, venisseq; in domum Zachariæ ad cognatam suam
 Elizabeth. Sed & Iob die tur mortuus & sepultus in
 deserto, in domo sua, 3. Reg. 2. Appellatur item Idu-
 mæ desertum 4. Reg. 3. quam tamen constat longe
 cultissimam fuisse. Ita Gentiles quoq; scriptores Hel-
 uetiam, non incultam tum quoq; terram, dixere Ere-
 mum Helueticorum. Infimissimis itaq; sulcis stru-
 cturam suam de Eremitis, vitæ monasticæ, ac syluiculis
 quibusdam fratribus impositurum, quicunq; huic ex-
 emplo Ioannis innixi, statuant monast. cam vitam à
 Ioannis exemplo fuisse profectam, ut iam non com-
 memorem, quod Ioannes prædicasse, non demur-
 murasse Psalmos, neq; otio inerti se laginasse legitur.]
 Calvus desertum metaphorice posuit imagi-
 nari pro ruina populi, qualis exilii tempore fuit,
 ipsam Ierosolymam, ait, ob confusionem hoc tempore desertum
 fuisse, non tamen visibilis deserti aspectum negat, sed
 illo indicatam spiritalem solitudinem.

Nos primo constituimus Montana Iudææ, & de-
 sertum Iudææ non esse eadem loca; verum omnino
 distincta. Montana enim Iudææ erat, ubi Hebron, aliæq;
 vrbes nobiles conditæ; desertum vero Iudææ; quod
 hoc loco ponitur, prope Iordanem, atq; adeo Iericho e-
 rat, de quo Ier. 52. 8. Et apprehenderunt Sedeciam in deserto,
 quod est iuxta Iericho. Nec dubito idem esse desertum, de
 quo Matth. 4.1. Deinde Marci. 1. 3. Fuit Ioannes in deserto
 baptizans, ad hoc desertum ibant ut viderent eum; Matt. 17.
 7. Erant & alia deserti circa Iordanem, Matth. 15. 33.
 Baptizavit autem in Enon, & Salin, Ioan. 3. 23. Itaq;
 quæ ab Antonio Aranda in descriptione Iudææ adse-
 runt c. 3. 4. suspectæ fidei sunt.

Deinde de deserto illi, quæ multa in Iudæa recen-
 sentur, non erant omnino inhabitata, ut omnes consen-
 tiunt, sed tamen erant in illis petra, arena, al. aque lo-
 ca, quæ solis ibicibus perua erant, quæq; soli non po-
 terant. Sic Christus erat in deserto non cum homini-
 bus, sed cum bestijs; ei signatur otus d. ferti illius tra-
 ctus, non erat inhabitabilis, sibi tamen Christus lo-
 cum inhabitabilem delegit, in quo cibis haberi aliter
 non poterat, nisi lapides isti panes fierent. In deserti
 loco ubi Ioannes degebat, locustæ, & mel siluestre in-
 ueniuntur, quod in loco, ubi Christus tentabatur
 non erat, poterat enim in necessitate eo vesci.

§. 3. His constitutis facile est probare Ioannem in
 vera horridaq; eremo, ab hominum consuetudine se-
 gregatum vixisse. Cum enim domus patris eius fuerit
 in Montanis plus itinere bidui ab eo deserto in quo
 habitauit, non fuit causa, cur parentes iustos, prophe-
 tas, senio graues desereret, si in aliorum consortio, &
 quidem deteriorum victurus discessit. Tali in deserto
 homines egisse, & in eorum ædibus Ioannem versatū
 nemo dixerit, & cibus ipse, vestisque aliud loquitur.
 Deinde eadem deserti species est, apud Isaiam c. 40.
 cum ait, vox clamantis in deserto, at illud verum, iniuriam,
 nec habitatum desertum erat, igitur & illud, quod Io-
 annes inhabitabat. Deniq; quemadmodum cibus &
 vestis austeritatem vitæ summam habebant, ut nec e-
 dere, nec bibere diceretur, ita quoq; habitatio par e-
 rat, ut in ædibus non versaretur. Vereditum antiquitatis
 namque quæ nomen tuum nouerint, vultum nesciant. Nam
 Ioannes Baptista sanctam matrem habuit, Pontificisque filius
 erat, & tamen nec matris affectu, nec patris opibus vincebatur,
 ut in domo parentum cum periculo viuere castitatis. Vnebat
 in eremo, oculis desiderantibus Christum, nihil aliud dignaba-

Adami Conzen in Euang. Tom. I.

tur aspicere. Vestis aspera, Zona pellicea, cibus locustæ, & mel
 syluestre, omnia virtuti & continentia preparata.

Consentiunt veteres; Origenes hom. 11. in Lucam
 Epiph. hæ. ef. 63. Euf. b. l. 9. demonstr. Euang. c. 5. Hier.
 aduers. Lucifer. & Ep. 4. ad Rustic. Chryl. hom. 16. in
 Matth. catech. omnes, qui Ioannem in Eremita habi-
 tasse, & Monachalis fundamenta vitæ posuisse tra-
 dunt. Vide Canisium de corrupt. V. Dei.

§. 4. Fallunt igitur apostata Monachorum, cum
 negant Ioannem Eremiticam egisse vitam. Quod sum-
 enim attinebat, monere, in deserto eum egisse, in op-
 pidis habitauit; Deinde cæliben, pauperemq; vitam
 egit, nec ante diem ostensionis suæ quicquam publice
 in Ecclesia administravit. Vestitu etiam singulari vsus
 est. Verum hæc in re nemo nisi contentiosus litem su-
 scitarit. Cibus indicat abdicasse hominum consortia.

§. 5. Irenæus l. 3. c. 9. Ex hoc loco concludit, vñm
 & eundem esse Deum veteris & noui Testamenti. V-
 nus igitur & idē Deus est, pater Domini nostri, qui & præcur-
 sorem per prophetas missurum se promissit; & salutare suum, id
 fore præ-
 est verbum suum visibile effectum omni fieri carni, incarnatum
 & ipsum, ut in omnibus manifestus fieret Rex eorum.

Eum & contra Arianos olim vsurparunt patres. Si
 enim Ioannes vox, & is qui sequitur præcursorē, ver-
 bum est; Si præparat viam ante faciem Dei, ante faciem

meam inquit, Deus igitur est, cuius est præcursor Ioan-
 nes. Et propterea, (Epiph. hæ. ef. 69.) Ego vox clamans
 in deserto, Vox est præparatiua auditus hominum. Primum
 enim inarticulatam vocem sonantem reddere solent clamantes, Christus
 è longinquo vocantes eos, qui ab ipsis aliquid audire debent. Et ergo Deus,
 ubi illi vocem solam audierint, & mentem ad audiendum con-
 uerterint, aureq; præparauerint, tunc is qui sonantem vocem
 emisit, de cætero distinguit sermonem, quem dicere voluit. Sic
 etiam Ioannes vox fuit, aures hominum præparans. Non enim
 erat ipse Verbum, sed post ipsum venit verbum, propter quod
 præparatiua vox fuit, siue facta est. Et propterea dicit, Vox cla-
 mantis in deserto præparate vias Domini. Vox enim præparat,
 Dominus autem ingreditur vias præparatas. Et vox loquitur,
 ut præbeant audientiam. Vbi vero auditus otium egerit, tunc
 sermo in aurem suscipientium mittitur. Nusquam igitur re-
 prehendet Arius & eius complices Dei veritatem, semper illu-
 minantem corda fidelium, ut ne euerantur à salute in verbo
 filio Dei in veritate incarnato, & semper genito.

VERSVS 2.

Et dicens: Pœnitentiam agite, quo-
 niam appropinquat regnum cœ-
 lorum.

QVÆSTIO II.

An iussu pœnitentiam agere?

§. 1. Non est ad Deum reditus peccatori, nisi per
 viam pœnitentiæ. Qui enim nocuit, recon-
 ciliari non potest, nisi retractet, factum nolit, atque e-
 mender. Magno conatu nominis vim, ac deinde rem
 ipsam ex animis hominū amouere diabolus conatur.
 Omnes Caluniani sedulam illi operam præstant, & cum eim
 ne pœnitentiæ nomine offendantur, Resipiscenciam
 subst. tuunt, minore vocabuli damno, si non sensu et-
 iam nouatores essent. Beza breuiter omnia complecti
 conatus est. Vulgata: [Pœnitentiam agite. Erasmus
 quoq; eodem modo. Sed addidit, vitæ prioris, quam
 interpretatione multas ob causas repudio, sed ob eam
 potissimum, quod multi impetiti occasionem ex hoc
 dicendi genere arripuerint fallarum opinionum de
 satisfactione, quibus hodie agitur Ecclesia. Cæterū
 me (arrogant) quum est verbum absolutum, proprie signi-
 ficat, post factum sapere, & de errore admissio ita dole-
 re, ut
 scire, &
 sapere.

re, ut corrigas: quod latinis proprie significat Respi-
scere. Itaq; proprie nunquam ponitur, nisi in bono: ut
(meo quidem iudicio) Ausonius in illo suo epigram-
mate omnibus notō μετάνοιαν porius, quam με-
τάνοιαν dicens fuerit, si verus penitenti ratio permi-
ssisset: semper enim cum μετάνοια coheret ὁ σωφρονισμός;
Sicut hæc duo recte continguntur à Plutarcho in
Dialogo περὶ τῶν ἑδῶν φρονιμώτεροι; At vero με-
τάνοια declarat post rem aliquam factam sollicitum
esse, & animum: pro quo Latini dicunt, penitere: atq;
id etiam usurpari potest in vitio. Neque enim proprie
completur vitæ & consilii mutationem in melius
(ut quidam tradunt,) sed simpliciter sollicitudinem
quandam, καὶ δυσχερίαν (id est displicentiam) ex pri-
mit, quæ facit ut rem factam, seu bonam, seu mala sit, in-
fectam esse velimus, etiam quum non est novo consi-
lio locus relictus. Plutarchus de discipulis adul. (ubi et-
iam abutitur nomine μετάνοιας; pro μετάνοιας) διγ-
γο μετάνοια, id est, mortuum vocat. Græci Theologi κατάνοιαν,
quod animum sauciet. Latini recedentes contritionē
vocant, quæ si fuerit κατάνοια, tum gignit μετάνο-
ιαν, (ut declarat Apost. 2. Cor. 7. 10.) Sin minus; iter
est ad maximum quodq; scelus, & tandem ad despera-
tionem. Ita Matthæus de Iuda traditore loquens, με-
τάνοια δὲς, inquit, ἀπέπεσε, non μετάνοια δὲς: tificiam
significat à qua est absorptus. Sic etiam apud Paulum,
2. Cor. 7. 8. μετάνοια δὲς, declarat dolorem capere ex eo
quod factum erat: & Rom. 11. 29. Dona Dei dicuntur
ἀμετάνοια, id est, eiusmodi ut non possint ipsi dis-
plicere, quum semel placuerunt: quod Hebræis de-
clarat vocabulum נחם Nacham, quum μετάνοιας po-
tius significetur verbo נשׁוּב vnde תשובה Thescha-
ba, id est, conversio.]

Non dissimilia sunt, quæ alii adferunt. adeo ut tan-
dem definierint, Penitentiam non esse nisi novæ vitæ amo-
rem, non detestationem veteris. Ita Luther. ad Vicarium
ordinis sui anno 1518. Vide nostrum Bellar. l. 1. c. 7. de
penitentia.

§. 2. Mihi in primis deplorata causæ indicium ef-
fere certissimum videtur, verba omnium veterum Pa-
trum mutare, quasi vel verbis idoneis vii non potue-
rint, vel vim eorum non intellexerint. Penitentiam eni-
m vocabant, non respicientiam. Primus inter Chri-
stianos de penitentia librum scripsit Tertull. Vbi in-
itio Ethnicos reprehendit, quod penitentiam optimis
operibus itegrent, contra penitentiam malorum le-
vulus inlubent. Eam dicit verrentem, radentem, foras abij-
cientem. Penitentiam innotet, ait dicere Ioannem. Peni-
tentia igitur vocabulum retinendum, quia semper in
Ecclesia fuit. Deinde non modo conversionem ad bo-
num, sed malitiam detestationem continet, Penitentia
errorum, inquit Tert. reperta veritate, peniteat amass, quæ
Deus non amat. Et c. 4. Qui per delictorum penitentiam in-
stiterat domino satisfacere, diabolo per aliam penitentiam po-
nitentiam satisfaciēt. Et c. 6. Peccator ante veniam desistere
debet. Eandem c. 9. describit, cibo, potu, laico & civi incu-
bare, corpus sordibus obscurare, animum mororibus deicere, il-
la qua peccavit tristi tractatione mutare. Scripsit ergo con-
tra Montanum Tertullian. Cyprianus de lapsis con-
tra Novatianum, & ad Novatianum. Pacianus duas
Epistolas de penitentia. Item Ambros. l. 2. de penitē-
tia. Fulgentius l. 2. de semel pecc. Chrysostomus aliq;
frequentissimam mentionem penitentia faciunt.

Ex Cypriano, Augustino, quid opus testimonia addu-
cere? Omnes libri pleni sunt, non nisi raro respiscen-
tes, semper penitentes, & penitentiam appellant,
& non modo emendationem, sed dolorem quoq; præte-
ritorum definiunt. Hinc Augustinus ait, Penitentem
esse sibi ipsi iratum. Quem penitet, eum secum rixari. Quem
penitet, eum punire seipsum. Penitentiam esse crucem fidelium.
In penitentia adesse accusatricem cogitationem, resem con-

scientiam, carnis timorem. Penitentiam certam non
facere nisi odium peccati, & amorem Dei. Cyprianus quot
epistolis de penitentia agit? Dolorem tamen, gemit-
tus, & lacrymas requirit. Cum igitur à Christo nato,
Ecclesia latina semper penitentia nomine utatur, eum
omnia Concilia Patres illo verbo utantur, cum nemo
illos reprehenderit; cur post mille quingentos an-
nos linguam maternam mutare cogunt Noua-
tores?

§. 3. Causas tamen Beza audiamus. μετάνοια, est
proprie respiscere, & ita dolere ut corrigas, penitere etiam in
malo esse potest.

Respondeo, nullum quidem esse periculum, ne Rona vi-
cum penitentiam exigimus, bonæ rei penitentiam peniten-
dicamus, peccati nos penitet, non boni operis. Tot tamen non
milia Episcoporum, doctorumq; concionantium, & exigimus,
scribentium, non timerunt, ne petuerant de bonis
penitentiam docerent: quia penitendi vocabulo ut-
tebantur, non respiscendi.

Deinde etiam moneo potius utendum vocabulo
penitendi, quam respiscendi; quia illud non modo
voluntatis commutationem, sed etiam detestationem
odiiq; continet vitiorum. Quod vero ait Auso-
nium μετάνοιας quæ facti, non factique penas exigit, dici, id
fecisse metri causa ridiculam est, vitium doctum, ne
malum verbum faceret, malum mendacium proferre
voluisse. Poteratne dicere.

Sum Dea quæ facti, non factique exigo penas.

Nempe ut peniteas, μετάνοιας volor?

pro his verbis: Sic μετάνοιας volor? Melius è tribus bre-
uibus vnam syllabam produxisset, quam in re nota
mentiretur. Cur hoc Ausonius? quia notat, quid
Christianis esset μετάνοια. Nempe quæ exigeret facti
& non facti penas. Sic Tertull. l. de penit. c. 2. Non ta-
cet Ioannes, Penitentiam innotet dicens, tam enim Salus na-
tionibus appropinquabit Dominus, scilicet asserens secundum
Dei promissum. Cui præministrans penitentiam destinabat
purgandis mentibus præpositam, vii quicquid error vetus in-
quinaisset, quicquid in corde hominis ignorantia contamina-
set, id penitentia verrens & radens, & foras abiciens mun-
dani pectoris domum superueniente Spiritu sancto pariet, quo
fecille cum celestibus bonis libens inferat. Horum bonorum v-
nus est titulus, salus hominū; et minime pristinum abolitionem
præmissa.

Nobis penitentiam veram describit ingeniosus
exul.

Penitet, si quid miserorum creditur vlli.

Penitet, & factio torquet ipse meo.

Cumque sit exilium, magis est, mihi culpa dolori.

Estq; pati penam quam meruisse minus.

Denique Beza μετάνοιας esse, quando cum dolore
cortigitur, abstrahitur. Eum & Pilator hoc loco, Tria
ad μετάνοια requirit, displicentiam vitæ antea actæ, & inna-
te nobis corruptionis; desiderium gratia, propositum emenda-
tionis; at hæc omnia nobis melius penitentia, quam
respicientia nomen indicat. Ille Respicere interpret-
tatur, dolentes de peccatis admisso, confugate ad gratiam Dei,
&c.

§. 4. Etiam Græca dictio μετάνοιας, non modo
consilii & voluntatis mutationem; Sed etiam de
præteritis dolorem continet. Deinde quod vnicum
est Beza præsidium, id debile est. ait ille μετάνοιας
etiam esse cum boni operis penitet: μετάνοιας cum
mali. At vero cum μετάνοιας sit, post intelligere, mutare
sententiam, fieri potest, ut errore bona damnet, mala
probet. ita sane Synes. οὐ μετάνοιας, εἰ δὲ οὐκ ἐπεπονήκει
τὸν δὲ ἑγὼ. Non me penitebat beneficii viro, cum
negat se de bono præstito μετάνοιας penitere, & stendit
potuisse se penitere. Vbi venere tentes, non respici-
scebam me bene fecisse; literarum columnæ à S. Hiero-
nymo audies.

Satis

Satis haec sumus inter ceteris grammaticis, & grae igno-
rantia Bezae supercilium tulimus; licet dec dat
Chrysoſtomus, & doceat μετάνοιαν cum an, sollicitu-
dine m, anxietate habere. Plures li. Homilias de peni-
tentia ad populum habuit; eam ſemper μετάνοιαν
vocat. Eam dolore animi, contritione, & orpitis ſtili-
tationibus, emendatione morum definit. Hom. 9. Eam
ait πένθος μετάνοιαν τὴν ἀληθινὰν. Imò in omnibus πε-
νθόν, καὶ πόνησιν, δόξαν, dolorem, contritionem, la-
chrymas requirit. Flere iubet, ita Hom. 4. in 2. c. Ep. 2.
ad Cor. ἡμεῖς αὐτοὶ ἵσταντες τὴν ὀφθαλμὸν πλημμελείαν,
ſed coneramus animum qui peccauimus. Et eodem loco
de Davidis penitentia. ἡμεῖς αὐτοὶ ὁ δαuid. Ἰδοὺ πέν-
θος ἐν τῷ πνεύματι μετενέησεν. Τρεῖς ἡμέρας ἐκάθισεν ἐπὶ τῇ
ἐκκλησίᾳ, &c. τὴν δὲ αὐτοῦ ἐκτίσας ἐπέρας οὐρανὸν, & ἑπτα-
ῖκτον, αὐτὸς ἐβλῆθ' καρδίαν, καὶ ὀφθαλμοὺς ψυχῆς, καὶ μετάνοι-
αν αὐτοῦ περὶ τὴν σὺν. πᾶσι μακροθύμῳ διενεκέως αὐτοῦ. Pen-
cauit & David, videamus igitur quomodo iſpum poenituerit;
μετάνοιαν. Tres dies ſedit ſuper cinere, &c. at peccatum aliter
abſtulit, humilitate, contritione cordis, compunctione anime,
non in eadem incidendo, ſemper peccati memoriam recolendo.
Denique concludit: cor enim contritum & humilitatem ha-
bit, quod maxime peccatum abſurgit. Καὶ δὲ τὸ ἐξ ὀμολο-
γησας, τὸ πένθος. Hoc eſt confiſio, hoc penitentia. Vi-
demus igitur μετάνοιαν Chryſoſtomum docente, tota
Graecia conſentiente, nō nudam animi mutationem,
ſed contritionem inſuper, doloremque ſignificare;
quemadmodum & latinum verbum poenitentia.
Quin & Lactant. lib. 6. cap. 24. Idem reſiſſentia tri-
buit.

8. 4. Quod Beza idem ait Hebraeum בְּרָא, esse με-
πέμελόντων, non μετένοεν, iterum nos fallit. Nam
scriptura integra crebra vertunt μετένοεν. 1. Reg. 15. 29. Jer.
4. 2. 8. & 8. 6. & 18. 8. & 18. 10. & 31. 19. Amos. 7. 3. 6. Ion.
3. 16. Z. ch. 8. 14. Mihi satis est, in his Bezae eiusque
admiratores à propheta corripi, dum ait Jerem. 18. v.
10. μετένοσθε περὶ λόγων. Vbi vñtur verbo de boni
penit. entia.

*Conuersio
dolorem
continet.* Significat quidem חשיבה conuersionem & pen-
nitentiam, quamuis D. Petrus Act. 3. 19. coniunxerit,
sed tamen illa conuersio non est simplex mutatio; sed
qualem Dominus praecepit. Conuertimini ad me in toto
corde vestro, in ieiunio, & fletu, & scindite corda vestra, & non
uestimenta vestra. In Syro est חשבתי. Conuertimini, redite.
Sic חשבתי Thuberha Isaie 17. & 57. penitentia, atque
hoc modo vsurpant Hebraei frequentissime verbum
חשב Schub, pro reditu ad dominum, qui fit penitendo.

§. 5. Non fuit novitio errori, quod Tertullianus
l. 2. aduers. Marcionem c. 24. monet. In Græco sono peni-
tentia nomen ex animi demutatione compositum est.

Non obstat hoc illi quod nos diximus, nec Bezam
adiuuat Marcion cum legerit in ser. peuris Deum pen-
nitere; etiam delicti cuius accusabat. Sic & penitentiam
apud illam prauè interpretatur, quasi proinde mobilitate, vel
improvidentia, imò iam ex delicti recordatione peniteat. Quo-
niam quidem dixerit, penituit, quod regem fecerim Saul præ-
scribens scil. penitentiam confessionem sapere mali operis ali-
cuius, vel erroris. Porro non semper. Euenit enim in bonis factis
penitentia confessio ad inuidiam & exprobrationem eius qui be-
ne sic ingratu extiterit. Cui re pòdet Tertullianus apud
Deum nec boni, nec mali esse penitentia. Nā & hoc hinc,
inquit, eadem scriptura determinat, dicitur Samuele Saul. Et
non conuerterit, neque penitentiam agens, quia non sicut homo
est ad puniendum. Hæc igitur definitio in omnibus aliam for-
mā diuinā pœnitentiæ statuit, quæ neq; ex improvidentia, neq;
exterritate, neque ex illa boni, aut mali operis damnatione res-
picietur, sicut humanā. Deinde quaerit: Quis ergo erit mas
penitentia diuinæ? Respondet: Iam relictæ, si non ad huma-
nas conditiones eam referas. Nihil n. aliud intelligitur, quam
simples conuersio sententiæ prioris, quæ etiam sine eius repre-
hensione possit admitti, etiam in homine, nedum in Deo, cuius

omnis sententia caræ culpa. Deinde hæc ædici ofsen- Deipœni-
dit ex derivatione Græcinominis. Nam & in Græco *penit* sententia est
penitentia nomen, non ex delicti confessione, sed ex animi de- operis mu-
mutatione compositum est, quam apud Deum pro reo var-
riantium sese occurrere offendimus. Tertullianus igitur
aliud non ostendit, quam *penitentia*, vel *penitentia*
esse ex vi nominis secundam curam, aut cogitationem,
qua prior mutetur. & non opus vi damnationis prio-
ris sententiæ contineat. Hoc nos quoque dicimus;
nam generatim illa ita significant, quocirca & Deo tri-
buuntur, non tamen hoc voluit; hoc inuim peniten-
tiam talem esse, sed plane vi supra ostendi, contrarii.
Sic enim id, o hominum penitentia solam conuersio-
nem sine dolore, & derefectione peccati continet,
quia Dei penitentia talis est: conf. quetur pari modo
rationationis. Homine in seipsum penitentem, ne mutare
quidem sententiam, cum ad Deum conuertitur; quia
Deus quamuis omnia mutet, facit tamen id de creto,
sententiaque profusim immutabili; rem non mentem
mutat.

§. 5. Porro quid significat illud ; *μετανοεῖτε* ; nos
Ioannes & praxi, ipsa docet. Hoc enim fieri voluit,
quod penitentiam fecerunt ; non solum autem conuer-
sionem, sed etiam dolorem præteritæ culpæ offende-
runt. Primo enim *venerunt, ut baptizarentur*, a quæ ita à
peccatis absoluerunt. Deinde *confitebantur peccata*, *Exemplo*
quæ confessio non erat historica narratio, sed cum a-
nimæ contritione, ac dolore. Nullam enim prius a-
liam confessionem scripi iura agnoscit. Hic igitur verbo
μετανοεῖτε, hæc omnia intelligebant, aquam
ingrediebantur, & hyberis quidem solibus, peccata
sua confitebantur, atque hæc ipsa Dei iussu Ioannes
præstabat. Quid igitur alia nunc opis interpretatione,
cum illa Ioannis Ecclesiola rectissime sententiam
sui doctoris intellexerit ?

QVÆSTIO II.

*An pœnitentia sit prior, an posterior remissione
peccatorum?*

§. 1. **C**irca præterita delicta, ratio pificis hæreticis
fuit, ne pœnitentia videatur peccata del. Ideo so-
la fides liberetur ē manibus. Hinc illa Rigidiorum
Caluinianorum axiomata. *Homō non agit pœnitentiam,
antequam iustificatus sit, adeoque ne potest quidē.* Sibrand.
contra Voist. pag. 99. Voist. in eius errore 89. & erro-
re 92. Certissima regula est: bona opera non præcedunt iusti-
ficandum, sed sequuntur iustificatum. Itaq; impossibile est, im-
pium per pœnitentiam iustificari. Calvinus hoc loco con-
tendit, & l. 3. inst. c. 3. §. 2. Pœnitentiam præcipi, non vt
eā ducamur ad regnū cœlorum, sed quia aditres-
regnū cœlorum, gratia, & salus; ideo ad pœnitentiam
vocari. Atque finem proponit, & medium, finis est
regnū cœlorum; famam parefaciendum; iter est
pœnitentia.

Verum orthodoxa sententia est, veram pœnitentiam à Deo gratuito donari peccatoribus, eam autem operari emissionem peccatorum.

Ver ſime Chryſoſtomus hom. 5. de poenitentia. prius re-
miſſio peccatorum ſonſeſt ſalutis, & premium poeniten-
tiae. Hinc vocat poenitentiam φάρμακον ἐν τῷ κατὰ, Remiſſio
in ſalutem, medicinam abſtergentem noſtra peccata. poenitentia
Oppoſuerunt illi ſ periculoſis erroribus ſetio Atmi-
niani, & Ique prudentiores Caluiniani. Voſſi ſus loco
citato. [Et praeterea omnibus in ſcripture locis reſel-
litur, ubi poenitentia requiritur à iuſtificandis, tanquā
codicio praetia, ſeu tanq̃ medium aſſequedi remiſſio-